Lettere d'un


BIBLIOTECA NAZIONALE
VITTORIO EMANUELE
6
10 B
37

VETERUM POETARUM GRÆCORUM POEMATA,

AUT POEMATUM ΑΠΟΣΠΑΣΜΑΤΙΑ,

SELECTA,

Eo consilio hunc in modum congesta, ut juventus jam in Scholis non unum, sed plerosque omnes veteres Poetas Græcos, quorum quidem scripta supersunt, cognoscere posit, atque ita mature ad legenda eorum cetera alliciatur,

Cura

JOHANNIS VORSTII.





CUM PRIVILEGIIS
S. Cæs. Majest. & Serenisс. Elect. Saxon. & Brandenb.

BERLINI,
Ex Officina RUNGIANA, 1674.
Prostat Lipsiæ in Bibliopolio Ellingeriano.

BENEVOLO LECTORI
S. P. D.
JOHANNES VORSTIUS.

DE studiis literarum adjuvandis cum plures abhinc annos apud Virum Clarissimum, eundemque boni publici cupidissimum, sermo incideret, dolebat ille scripta veterum vulgo in tantum negligi ut quamplurimis eorum qui literas colunt ne nomina quidem veterum auctorum cognita essent, & exempli causa Æschylum nominarent pro Æschine, si apud Philippum Macedoniæ Regem gratia hunc valuisse, vellent dicere; aut Dionysium Cassium appellarent, quem Dionem Cassium debebant: qualia viris quoq; magnæ auctoritatis in Academiis contigissent. Censebat item hoc inde fieri, quod primum in scholis inferioribus ad lectionem veterum juventus non satis excitaretur, cumque ad superiores perventum esset, plerique statim ad unam superiorum quas vocant Facultatum sese darent, & veteres auctores interim negligerent; ideoque consultum esse ut ex auctoribus antiquis certa corpuscula conficerentur, quæ juventuti jam in Scholis ante oculos versari, quorumque intuitu non unius atque

 alteri-



alterius, ſed plerorumque omnium auctorum veterum, quorum quidem ſcripta ſuperſunt, dulcedinem deguſtare juventus posſet, atque ita ad cetera quoque eorundem auctorum legenda ac propemodum ediſcenda jam inde ab adoleſcentia alliceretur. Quod Viri Clariſſimi conſilium cum valde probasſem, cœpi jam tum illo tempore, cum id primum cognoſcerem, de hujuſmodi corpuſculis concinnandis cogitare; verum aliis quibusdam præpeditus eam rem curare adhuc ſuperſedi. Tandem vero rumpendas moras putavi: & in præſens quidem eorum quæ dixi corpuſculorum unum extrudo, ex veterum poetarum Græcorum ſcriptis concinnatum illud. In iſtud igitur corpuſculum non tantum Homeri atque Heſiodi, ſed & Pindari, Euripidis, Theocriti, pluriumque aliorum poetarum veterum poemata, aut poematum ἀποσπασμάτια *quædam congesſimus. Imo quorundam quantumcunque ſupereſt, quod non nimis diffuſum illud esſet, ipſo hoc corpuſculo ſimul comprehendendum viſum fuit; Theognidis puta, Pythagoræ atque Phocylidis. In calce demum brevia quædam ac jucundiora Epigrammata ex Anthologia veterum Epigrammatum ſubjungenda curavimus. Quod autem ad uſum hujus corpuſculi attinet, non necesſe fuerit ſingula eodem quo poſita ſunt ordine ſtudioſe*

diofe

diosæ juventuti proponi; sed poterit prudens præceptor initio faciliora seligere. Et, si non statim poemata longiora aggredi velit, poterit a brevibus, iisque jucundioribus, Epigrammatis, quæ in corpusculo hoc extremo apparent, initium facere. Sed nec necesse fuerit poemata, aut poematum ἀποσπασμάτια longiora simul ac semel proponi; sed poterunt ex longioribus certa quædam particulæ seligi: præsertim cum eorum quæ congesta hic sunt, nonnulla ex variis, & fortasse diversorum auctorum, poematis consuta videantur. Certe in sententiis Theognidis, quæ vocantur, tanta varietas apparet, ut diversis eas temporibus conscriptas, & ad diversos, quorum in sententiis ipsis & nomina expressa sunt, missas intelligi queat. Quid igitur prohibet quo minus ex ipsis illis sententiis seligantur quædam, quibus lectis atque cognitis cetera tantisper seponantur, donec aliorum quoque poetarum nonnihil lectum atque cognitum fuerit. Pari modo si partem Operis Homerici quæ corpusculi hujus principium occupat, uno tenore totam proponere longum videatur, seligi inde poterit de congressu Glauci ac Diomedis, deque eorundem permutatione armorum historia. Atque ut hujusmodi quædam selectio citius ac facilius fieri queat, breves Notas in margine adjiciendas curavimus, qui-

bus summa rerum capita sunt perstricta. Sed nec inconsultum fortassis erit, hujusmodi selectionem quandam suscipi. Ita enim ipsa juventutem varietas oblectabit, & non modo ad cetera quæ hic congesta sunt, sed & ad ipsos auctores totos legendos atque cognoscendos eadem excitabitur atque allicietur. Sed & ipsæ voces ac phrases firmius hæsuræ in memoria videntur, si modo in hujus, modo in illius poetæ scriptis observatæ fuerint. Ceterum monenda & exhortanda quoque subinde studiosa juventus erit, ut ne pauca ista quæ forte publice & in Scholis proponi illis poterunt, cognovisse satis habeant, sed multo plura industria privata, adhibendis quidem Lexicis & libellis Grammaticis, cognoscere atque intelligere studeant: si vero hisce adminiculis liquere tamen de quibusdam nequeat, ad ipsos præceptores vivos recurrant, horumque opem atque operam requirant. Quo pacto eveniet ut plurima fidelius atque accuratius observent, & quod Pythagoram suos hortatum fuisse Malchus & Jamblichus prodiderunt, φυγαδεύειν ἀπὸ τῆς ψυχῆς τὴν ἀμαθίαν *magis magisque allaborent: Ad præstantiam atque utilitatem veterum poematum quod attinet, eam operose hic demonstrari nihil necesse arbitror. Utramque enim in vulgus non male jam agnitam esse vel illud*

illud argumento est quod non temere ulla major atque illustrior Schola est in qua non & Græcorum poematum quippiam proponatur. Quo fit etiam ut passim Homeri, aut Hesiodi, aut alterius poetæ Græci particulam quandam separatim in ipsarum usum scholarum typis expressam videas. Quod quidem consilium sua laude nec fraudandum est. Sed consultius tamen, ut initio dictum, videtur, si non unius, sed plurium, ac plerorumq; omnium poetarum Græcorum aliqua studiosæ juventuti semper ante oculos versentur, atque ita, quantum literarum iter emetiendum ipsi sit, mature eadem cognoscat atque intelligat. Neque vero adeo sum demens ut omnes discendis literis destinatos eadem & æque varia legere atque intelligere postulem. Novi enim non eandem omnium rationem esse, sed ingenio, memoria, firmitate corporis, bonis item externis & commoditatibus vitæ plurimum homines discrepare; ut, si maxime omnes velint atque optent, tamen pares in literis progressus facere haud possint. Interim progrediendum singulis esse quousque licet; &, ut Cicero ait, honestum esse prima sequentem in secundis tertiisque consistere, nemo negaverit. Certe in Ecclesia semper esse oportebit qui paulo plus quam ceteri in literis profecerint, quique tum alios veteres scriptores, tum

quoq; poetas Græcos legerint, deque his consulti respondere possint. Quo quidem ipsæ quoque sacræ literæ manifeste nos quasi manu ducere videntur. Ipse Apostolus ex antiquorum poetarum monumentis laudare quippiam dignatus est non semel. Et quidem ex ipsis illis τοῦ Ἀράτου Φαινομένοις, *quorum hic quoq; particula legi potest, laudavit illud*, τοῦ γὸ καὶ γένος ἐσμέν. Hujus enim & genus sumus. *Deinde alterius Græci poetæ, cujus quidem nihil integrum amplius superest, & quidem Menandri, senarium usurpavit hunc*, Φθείρουσιν ἤθη χρήσθ' ὁμιλίαι κακαί. Corrumpunt bonos mores colloquia prava. *Quod autem Menandri omnino senarius iste sit, docuit nos S. Hieronymus, qui Menandri integra legere adhuc potuit, Commentario in Epist. ad Galatas. Nec dubitant Viri docti ex eodem Menandro, aut alio quodam vetere poeta, haustum itidem esse alium quendam senarium, quo idem Apostolus bis est usus; videlicet* Μικρὰ ζύμη ὅλον τὸ φύραμα ζυμοῖ. Parum fermenti totam massam fermentat. *Denique & Epimenidis, quamvis nec hunc diserte nominet, versiculum hexametrum idem Apostolus citavit; videlicet* Κρῆτες ἀεὶ ψεῦσται, κακὰ θηρία, γαστέρες ἀργαί. Cretenses semper mendaces, malæ bestiæ, ventres pigri. *Quid quod infinitæ quoque voces ac phra-*

ses

ſes in ipſis ſacris literis ſunt, quarum vera ac genuina vis & ſignificatio non aliter quam ex ſcriptorum veterum τ ἔξω, & inter ceteros poetarum, monumentis cognoſci poteſt: id quod infinitis itidem exemplis demonſtrari poſſet, ſi quidem id nunc ageremus. Sed in præſentia de veterum poetarum Græcorum ætate ac ſcriptis nonnihil adhuc adjiciendum videtur. Is igitur cujus poematis particula primum hic locum obtinet Homerus omnium poetarum Græcorum, quorum quidem ſcripta ſuperſunt, antiquiſſimus habetur. Sed de ætate tamen ejusdem diverſæ jam olim opiniones fuere. Plutarchus in libello quem de iſto poeta ſcriptum reliquit, prodidit, tradidiſſe quoſdam Homerum ipſius tempore belli Trojani natum fuiſſe: alios vero centum; quoſdam & centum & quinquaginta poſt bellum Trojanum annis illum inter homines exiſtere cœpiſſe. Bellum autem Trojanum ex ſupputatione præſtantiſſimorum Chronologorum circa tempora Jephthæ, Iſraelitarum Judicis, id eſt, circa annum a condito mundo 2760 geſtum fuit. Vixerit ergo Homerus circa annum a condito mundo 2900, & circa tempora Davidis. Alii tamen centum adhuc annis minorem faciunt, & circa annum a condito mundo 3000 eum vixiſſe volunt. Quod ad ejus opera attinet, varia illum edidiſſe veteres

teres prodiderunt: ad nostra autem tempora non nisi duo, quæ quidem plane indubitata sint, devoluta sunt, Ilias puta & Odyssea. In quorum illo Græcorum ac Trojanorum ad Ilium res gestæ; in hoc Ulyssis ex bello in patriam reditus, & quæcunque in reditu perpessus est ille, fuisse exponuntur. Hesiodum quidam Homero æqualem fecerunt: sed pleriq; tamen centum circiter annis minorem prodiderunt. Quoniam igitur Homerus, ut dictum, circa annum a condito mundo 2900, aut 3000 vixit, necesse est Hesiodum circa annum a condito mundo 3000, aut 3100, vixisse. Hujus opera quæ supersunt, hæc sunt: Ἔργα καὶ ἡμέραι Opera & Dies: *quod quidem opus & in hoc corpusculo integrum continetur;* Ἀσπὶς Ἡρακλέους Scutum Herculis, & Θεογονία Deorum generatio. *Theognis porro judicio Scaligeri vixit sub Pisistratidis, cumque jam reges Persarum infestare Græciam inciperent. Quod quidem non male colligitur ex eo quod a patria sua Megaris, Athenis vicina urbe, Medicum, id est, Persicum bellum ille deprecatur. Vide versiculum ejus 773. Atque hujus quicquid superest, corpusculo hoc itidem est comprehensum. Neque tamen ipsius Theognidis singula ea esse, nihilque alienum illis assutum esse, ego præstiterim. Iisdem ferme temporibus quibus Theognis vixit, aut*

paulo

paulo ante, floruit & Pythagoras. Scribunt enim veteres circa Olympiadem LX, id est, sub initium monarchiæ Cyri in Babylonia, ipsum floruisse. Atque hujus item quicquid integrum superest, τὰ χρυσᾶ ἔπη puta, legere hic licet. Phocylides quoque circa eadem tempora floruisse censetur. An vero ποίημα istud νουθετικὸν, quod ei vulgo tribuitur, ipsius omnino sit, multi dubitant: quidam & omnino negant. Videsis Scaligeri Animadversiones in Eusebium. Non multo post illos proximos vixit & Pindarus. Scribunt enim veteres, eo tempore quo Xerxes expeditionem in Græciam suscepit, Pindarum XL annorum fuisse. Natum igitur esse oportet sub initium Darii Hystaspis. Ejus autem non ita pauca, ut superiorum quorundam nobis supersunt; sed εἰδῶν, id est, poematum illius numerum haud exiguum habemus; quorum quidem alia Olympia, alia Pythia, alia Nemea, alia Isthmia appellavit, prout videlicet in quatuor diversorum ludorum victores composita illa fuerunt. Sed in universum, ut Scholiastes ejus testatur, ejus poematum libri septendecim fuere: quorum non nisi quatuor, quibus ut dixi a ludis nomen fecit, supersunt. Porro ut ad Æschylum veniamus, Pindari is fere æqualis fuit. Interfuit enim pugnæ Marathoniæ, & inter ceteros fortiter quoque dimicavit. Tragœ-

diæ

diæ ejus superstites numero sex sunt: Prometheus vinctus, septem Duces ad Thebas, Persæ, Agamemnon, Choephori, Eumenides & Supplices. Sed nec Sophocles atque Euripides ab iisdem temporibus longe abfuerunt. Uterque enim circa expeditionem Xerxis in Græciam, ac paulo post pugnam Marathoniam natus fuit. Et Sophoclis quidem tragœdiæ superstites numero sex sunt; Electra, Oedipus tyrannus, Antigone, Oedipus Coloneus, Trachiniæ, Philoctetes: Euripidis vero novendecim, Hecuba, quæ quidem & hic integra reperitur; Orestes, Phœnissæ, Medea, Hippolytus, Alcestis, Andromache, Supplices, Iphigenia in Aulide, Iphigenia in Tauris, Rhesus, Troades, Bacchæ, Cyclops, Heraclidæ, Helena, Jon, Hercules furens, Electra. Rursus annis post Sophoclem & Euripidem non ita multis, id est, tempore Artaxerxis Mnemonis, regis Persarum, vixit Aristophanes. Cujus comœdiæ superstites sunt numero undecim; Plutus, Nubes, Ranæ, Equites, Acharnenses, Vespæ, Aves, Pax, Concionantes, Cerealia celebrantes, Lysistrata. Qui deinde sequuntur, Theocritus, Moschus, Bion, Aratus, Apollonius, Callimachus, fere æquales fuerunt, vixeruntque sub Ptolemæo Philadelpho & Ptolemæo Evergete: quorum in poematis suis partim & mentionem fecerunt. Et Theocriti quidem

dem idyllia numero XXX extant, & aliquot præterea epigrammata. Deinde Moschi quoq; & Bionis pauca quædam idyllia supersunt. Aratus egregium illud poema de sideribus composuit, quod Φαινόμενα *appellatur, cujusque hic quoque particulam videre licet. Apollonius* Ἀργοναυτικῶν *libros quatuor scripsit, quibus expeditionem Argonautarum in Colchidem ad rapiendum vellus aureum fuse exposuit. Callimachi non nisi pauci quidam hymni in Deos Deasque supersunt. Porro Dionysius ille qui* περιήγησιν τῆς οἰκουμένης *scripsit, & Oppianus sub Imperatore Romano Antonio Caracalla vixerunt, cui Oppianus &* κυνηγετικῶν, *id est, de venatione, libros quatuor nuncupavit. Scripsit autem &* ἁλιευτικῶν *i. e. de piscatione, libros quinque. Denique de auctorum veterum epigrammatum quæ in calce adjecta sunt ætate nihil fere certi habeo: neque operose nunc in eam inquirere libet. Vale, benevole Lector, & nostris juventutem juvandi conatibus fave. Scripsi Berlini in Marchia Brandenburgensi, mense Majo Anni* CIↃ. IↃC. LXXIV.

S. BASILIUS in homil. ad adolescentes, quomodo ex gentilium scriptis proficere possint.

KAὶ ποιηταῖς καὶ λογοποιοῖς καὶ ῥήτορσι καὶ πᾶσιν ἀνθρώποις ὁμιλητέον, ὅθεν αὖ μέλλῃ πρὸς τὴν τῆς ψυχῆς ἐπιμέλειαν ὠφέλειά τις ἔσεσθαι. *Poetis & Oratoribus & omnibus hominibus utendum, unde aliqua utilitas futura sit quæ ad animæ ædificationem faciat. Sicut enim fullones & tinctores, qui medicamentis quibusdam rem tingendam præparant, atque ita demum colorem quem cupiant, sive purpureum sive aliquem alium inducunt: sic & nos si indelebilis in nobis honestatis gloria permansura est, his externis præinitiati deinde sacras & arcanas doctrinas audiemus & assequemur: & quasi solem in aqua videre assuefacti, sic illi lumini oculos injiciemus. Quamobrem siqua doctrinis inter se familiaritas est, cognitio earum valde nobis proderit. Sin minus, saltem eas conferendo differentiam intelligere licebit, cum ad ejus quod melius est delectum non parum comparatio faciat. Quanam igitur comparatione usus quispiam rei imaginem assequetur? Certe plantæ virtus propria est fructu tempestivo abundare; at folia nihilominus ramis conjuncta ornatum quendam afferunt: sic & anima, cui præcellens quidem veritas fructus est, non ab re tamen exteriore sapientia circumdatur, sicut foliis quibusdam*

busdam

busdam umbram fructui ac aspectum non intempestivum praebentibus. Dicitur enim & Moses ille, cujus propter sapientiam nomen apud omnes maximum est, Ægyptiorum disciplinis mentem exercitatus, ita ad ejus contemplationem processisse. Similiter autem & sequentibus temporibus Danielem Babylone Chaldaeorum sapientiam dicunt didicisse, & tunc demum divinas literas attigisse. Et hactenus quidem quod disciplinae profanae non sint animae omnino inutiles, expositum est. Quomodo vero utendum iis sit, deinceps dicendum. Primum quidem ut a poetis incipiam, non omnibus quae dicunt mentem adhibendam, sed eis tantum quae bonorum hominum facta dictave vobis enarrant, eaque imitanda, & omnibus modis ut eis similes simus studendum esse censeo. Quando vero ad infames & nefarios homines venerint, haec omnia vitare & aures his obstruere non minus quam Ulyssem ad cantus Sirenum fecisse dicunt, oportebit, &c.

Hora-

Horatius in lib. de Arte poetica.

— — *Vos exemplaria Græca*
Nocturna versate manu, versate diurna.

C. Legimus Dist. XXXVII.

Legitur etiam quod præcepit Dominus filiis Israel ut expoliarent Ægyptios auro & argento. Moraliter instruens, ut, sive aurum sapientiæ, sive argentum eloquentiæ apud poetas inveniremus, in usum salutiferæ eruditionis vertamus.

VETERUM POETARUM GRÆCORUM
POEMATA
Aut POEMATUM
ΑΠΟΣΠΑΣΜΑΤΙΑ,
SELECTA.



ΤΗΣ ΟΜΗΡΟΥ ΙΛΙΑΔΟΣ


Η ΖΗΤΑ ΡΑΨΩΔΙΑ.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ.

ΤΩΝ θεῶν ἀποστάντων τῆς μάχης, οἱ Ἕλληνες πολλοὺς ἀναιροῦσι τῶν Τρώων. Ἑλένου δὲ συμβουλεύσαντος, Ἕκτωρ εἰς τὴν πόλιν ἄνεισι, καὶ τῇ μητρὶ Ἑκάβῃ κελεύει εὔξασθαι τῇ Ἀθηνᾷ, καὶ ὑποσχέσθαι αὐτῇ δώδεκα βοῶν θυσίαν, ὅπως τὸν Διομήδην ἀποστήσειε τῆς μάχης. τέως δὲ ὄντων αὐτῶν ἐν τῷ πεδίῳ, Γλαῦκος καὶ Διομήδης ἀναγνωρίσαντες φιλίαν πατρικὴν, διαλλάσσουσι τὰ ὅπλα ἀλλήλοις. Ἕκτωρ δὲ διαλεχθεὶς τῇ μητρὶ καὶ τῇ γυναικὶ Ἀνδρομάχῃ, σὺν τῷ ἀδελφῷ Ἀλεξάνδρῳ εἰς τὸν πόλεμον ἔξεισι.

Pugna Græcorum cum Trojanis.

ΤΡΩΩΝ δ' οἰώθη καὶ Ἀχαιῶν φύλοπις αἰνή·
Πολλὰ δ' ἄρ' ἔνθα καὶ ἔνθ' ἴθυσε μάχη πεδίοιο,
Ἀλλήλων ἰθυνομένων χαλκήρεα δοῦρα,
Μεσσηγὺς Σιμόεντος ἰδὲ Ξάνθοιο ῥοάων.
Αἴας δὲ πρῶτος Τελαμώνιος, ἕρκος Ἀχαιῶν,
Τρώων ῥῆξε φάλαγγα, φόως δ' ἑτάροισιν ἔθηκεν,
Ἄνδρα βαλὼν ὃς ἄριστος ἐνὶ Θρήκεσσι τέτυκτο,
Υἱὸν Εὐσσώρου Ἀκάμαντ' ἠΰν τε μέγαν τε.
Τόν ῥ' ἔβαλε πρῶτος κόρυθος φάλον ἱπποδασείης.
Ἐν δὲ μετώπῳ πῆξε, πέρησε δ' ἄρ' ὀστέον εἴσω
Αἰχμὴ χαλκείη· τὸν δὲ σκότος ὄσσ' ἐκάλυψεν.
Ἄξυλον δ' ἄρ' ἔπεφνε βοὴν ἀγαθὸς Διομήδης
Τευθρανίδην, ὃς ἔναιεν ἐϋκτιμένῃ ἐν Ἀρίσβῃ,
Ἀφνειὸς βιότοιο, φίλος δ' ἦν ἀνθρώποισι·
Πάντας γὰρ φιλέεσκεν ὁδῷ ἔπι οἰκία ναίων.
Ἀλλά οἱ οὔτις τῶν γε τότ' ἤρκεσε λυγρὸν ὄλεθρον,
Πρόσθεν ὑπαντιάσας, ἀλλ' ἄμφω θυμὸν ἀπηύρα,
Αὐτὸν καὶ θεράποντα Καλήσιον, ὅς ῥα τόθ' ἵππων
Ἔσκεν ὑφηνίοχος· τὼ δ' ἄμφω γαῖαν ἐδύτην.



HOMERI ILIADIS
LIBER SEXTUS.
ARGUMENTUM.

Dis absistentibus prœlio, Græci multos interficiunt Trojanorum. Heleno autem suadente, Hector in civitatem revertitur, & matrem Hecubam jubet vota facere Minervæ, & polliceri ei duodecim boum sacrificium, ut Diomedem avertat à prœlio. Interim autem existentibus ipsis in campo, Glaucus & Diomedes recognoscentes paternam amicitiam, permutant arma inter se. Hector autem loquutus matri Hecubæ & uxori Andromachæ, cum fratre Alexandro in prœlium egreditur.



TROJANORUM a. sola-relicta fuit & Achivorum
pugna gravis (*s. absentibus diis*)
Frequenter autem huc & illuc inclinatum est prœlium per campum.
Inter se dirigentibus æratas lanceas,
Inter Simoentis & Xanthi fluenta.
Ajax autem primus Telamonius, septum Achivorum,
Trojanorum rupit agmen, lumenq; sociis attulit,
Virum jaculatus, qui fortissimus inter Thraces erat,
Filium Eussori, Acamantem, amplum & procerum.
Hunc percussit primus galeæ ad conum densas equi-setas-ha-
Inq; fronte fixit: penetravit a. ad os usque (bentis,
Cuspis ærata: huic autem tenebræ oculos texerunt.
Axylum autem interfecit in bello strenuus Diomedes
Teuthranidem, qui habitabat bene structa in Arisba
Dives opum, ac benignus erat hominibus.
Omnes enim excipiebat comiter, secus viam ædes incolens.
Sed ab eo nullus horum tunc avertit acerbam mortem,
Ante occurrens: sed ambos vita privavit (*Diomedes*)
Ipsum & famulum Calesium, qui tunc equorum
Erat auriga. hi autem ambo terram subierunt.

Δρῆσον δ' Εὐρύαλος καὶ Ὀφέλτιον ἐξενάριξε·
Βῆ δὲ μετ' Αἴσηπον καὶ Πήδασον, οὕς ποτε νύμφη
Νηῒς Ἀβαρβαρέη τέκ' ἀμύμονι Βουκολίωνι.
Βουκολίων δ' ἦν υἱὸς ἀγαυοῦ Λαομέδοντος
Πρεσβύτατος γενεῇ· σκότιον δέ ἑ γείνατο μήτηρ.
Ποιμαίνων δ' ἐπ' ὄεσσι μίγη φιλότητι καὶ εὐνῇ.
Ἡ δ' ὑποκυσαμένη διδυμάονε γείνατο παῖδε.
Καὶ μὲν τῶν ὑπέλυσε μένος καὶ φαίδιμα γυῖα
Μηκιστιάδης, καὶ ἀπ' ὤμων τεύχε' ἐσύλα.
Ἀστύαλον δ' ἄρ' ἔπεφνε μενεπτόλεμος Πολυποίτης.
Πιδύτην δ' Ὀδυσεὺς Περκώσιον ἐξενάριξεν
Ἔγχεϊ χαλκείῳ. Τεῦκρος δ' Ἀρετάονα δῖον.
Ἀντίλοχος δ' Ἄβληρον ἐνήρατο δουρὶ φαεινῷ
Νεστορίδης. Ἔλατον δὲ ἄναξ ἀνδρῶν Ἀγαμέμνων.
Ναῖε δὲ Σατνιόεντος ἐϋρρείταο παρ' ὄχθας
Πήδασον αἰπεινήν. Φύλακον δ' ἕλε Λήϊτος ἥρως
Adrestum Menelaus vivum capit. Φεύγοντ'. Εὐρύπυλος δὲ Μελάνθιον ἐξενάριξεν.
Ἄδρηστον δ' ἄρ' ἔπειτα βοὴν ἀγαθὸς Μενέλαος
Ζωὸν ἕλ'. ἵππω γάρ οἱ ἀτυζομένω πεδίοιο
Ὄζῳ ἔνι βλαφθέντε μυρικίνῳ, ἀγκύλον ἅρμα
Ἄξαντ' ἐν πρώτῳ ῥυμῷ, αὐτὼ μὲν ἐβήτην
Πρὸς πόλιν, ᾗ περ οἱ ἄλλοι ἀτυζόμενοι φοβέοντο.
Αὐτὸς δ' ἐκ δίφροιο παρὰ τροχὸν ἐξεκυλίσθη
Πρηνὴς ἐν κονίῃσιν ἐπὶ στόμα· πὰρ δέ οἱ ἔστη
Ἀτρείδης Μενέλαος, ἔχων δολιχόσκιον ἔγχος.
Ἄδρηστος δ' ἄρ' ἔπειτα λαβὼν ἐλίσσετο γούνων,
Ζώγρει Ἀτρέος υἱέ, σὺ δ' ἄξια δέξαι ἄποινα.
Πολλὰ δ' ἐν ἀφνειοῦ πατρὸς κειμήλια κεῖται,
Χαλκός τε, χρυσός τε, πολύκμητός τε σίδηρος,
Τῶν κέν τοι χαρίσαιτο πατὴρ ἀπερείσι' ἄποινα,
Αἴκεν ἐμὲ ζωὸν πεπύθοιτ' ἐπὶ νηυσὶν Ἀχαιῶν.
Ὣς φάτο· τῷ δ' ἄρα θυμὸν ἐνὶ στήθεσσιν ἔπειθε.
Καὶ δή μιν τάχ' ἔμελλε θοὰς ἐπὶ νῆας Ἀχαιῶν
Δώσειν ᾧ θεράποντι καταξέμεν· ἀλλ' Ἀγαμέμνων
Eũ conservari non vult Agam. Ἀντίος ἦλθε θέων, καὶ ὁμοκλήσας, ἔπος ηὔδα,
Ὦ πέπον, ὦ Μενέλαε, τίη δὲ σὺ κήδεαι αὔτως
Ἀνδρῶν; ἦ σοὶ ἄριστα πεποίηται κατὰ οἶκον
Πρὸς Τρώων; τῶν μή τις ὑπεκφύγοι αἰπὺν ὄλεθρον,

Χεῖρας

resum autem Euryalus & Ophelnum interfecit.
autem ad Æsepum & Pedasum, quos quondam nymphæ
, Abarbarea peperit inculpato Bucolioni.
olion autem erat filius clari Laomedontis
imus natu ; spurium autem ipsum pepererat mater.
ens autem oves mixtus est *f. cum Nympha* amore & cubili.
autem gravida facta gemellos peperit filios,
quidem horum dissolvit robur & fortia membra
cistiades, & ab humeris *illorum* arma spoliavit.
tyalum autem occidit promptus in bello Polypœtes.
lytem vero Ulysses Percosium interfecit
asta ærea. Teucrus autem Aretaonem nobilem.
ntilochus autem Ablerum interemit hasta splendenti
estorides. Elatum vero rex virorum Agamemnon.
ncolebat autem Satnioentis pulchre fluentis apud ripas
edasum altam. Phylacum autem occidit Leitus heros
ugientem. Eurypylus autem Melanthium interfecit.
Adrestum autem postea in bello fortis Menelaus
Vivum cepit. equi enim ipsius pavefacti per campum
Ad ramum impediti myricinum, curvum currum
Cum fregissent in summo temone, ipsi quidem contenderunt
Ad civitatem, quo alii territi fugiebant.
Ipse autem ex curru juxta rotam devolutus est
Pronus in pulveribus in os ; apud ipsum autem stetit
Atrides Menelaus tenens longam hastam.
Adrestus autem deinde amplexis supplicavit illi genibus :
Vivum serva, Atrei fili : tu autem digna accipe præmia.
Multæ autem in divitis patris *domo* res pretiosæ reconditæ
Aesq;, aurumq;, elaboratumq; ferrum : (jacent.
Ex his tibi largietur pater infinita dona,
Si me vivum esse audiverit ad naves Achivorum.
Sic dixit. huic autem animum in pectoribus persvadebat.
Et jam ipsum mox erat veloces ad naves Achivorum
Daturus suo famulo deducendum: sed Agamemnon
Obvius venit currens, & minaciter clamans verbum dixit:
O mollis, o Menelae, cur nam tu curas ita
Homines? an tibi optima facta sunt domi
A Trojanis? horum nullus effugiat grave exitium,

Χεῖρας ὑφ' ἡμετέρας· μηδ' ὅν τινα γαστέρι μήτηρ
Κοῦρον ἐόντα φέροι, μηδ' ὃς φύγοι· ἀλλ' ἅμα πάντες
Ἰλίου ἐξαπολοίατ' ἀκήδεστοι καὶ ἄφαντοι.
Ὣς εἰπὼν ἔτρεψεν ἀδελφειοῦ φρένας ἥρως,
Αἴσιμα παρειπών· ὁ δ' ἀπὸ ἕθεν ὤσατο χειρὶ
Ἥρω' Ἄδρηστον· τὸν δὲ κρείων Ἀγαμέμνων
Οὖτα κατὰ λαπάρην· ὁ δ' ἀνετράπετ'· Ἀτρεΐδης δὲ
Λὰξ ἐν στήθεσι βὰς ἐξέσπασε μείλινον ἔγχος.
Nestor suos adhortatur. Νέστωρ δ' Ἀργείοισιν ἐκέκλετο μακρὸν ἀΰσας,
Ὦ φίλοι ἥρωες Δαναοὶ θεράποντες Ἄρηος,
Μή τις νῦν ἐνάρων ἐπιβαλλόμενος, μετόπισθε
Μιμνέτω, ὥς κεν πλεῖστα φέρων ἐπὶ νῆας ἵκηται.
Ἀλλ' ἄνδρας κτείνωμεν· ἔπειτα δὲ καὶ τὰ ἕκηλοι
Νεκροὺς ἀμπεδίον συλήσετε τεθνειῶτας.
Ὣς εἰπὼν, ὄτρυνε μένος καὶ θυμὸν ἑκάστου.
Ἔνθα κεν αὖτε Τρῶες ἀρηϊφίλων ὑπ' Ἀχαιῶν
Helenus suadet, ut Minervæ supplicetur. Ἴλιον εἰσανέβησαν ἀναλκείῃσι δαμέντες,
Εἰ μὴ ἄρ' Αἰνείᾳ τε καὶ Ἕκτορι εἶπε παραστὰς
Πριαμίδης Ἕλενος, οἰωνοπόλων ὄχ' ἄριστος,
Αἰνεία τε καὶ Ἕκτορ, ἐπεὶ πόνος ὔμμι μάλιστα
Τρώων καὶ Λυκίων ἐγκέκλιται, οὕνεκ' ἄριστοι
Πᾶσαν ἐπ' ἰθύν ἐστε μάχεσθαί τε φρονέειν τε,
Στῆτ' αὐτοῦ, καὶ λαὸν ἐρυκάκετε πρὸ πυλάων,
Πάντῃ ἐποιχόμενοι, πρὶν αὖτ' ἐν χερσὶ γυναικῶν
Φεύγοντας πεσέειν, δηΐοισι δὲ χάρμα γενέσθαι·
Αὐτὰρ ἐπεί κε φάλαγγας ἐποτρύνητον ἁπάσας,
Ἡμεῖς μὲν Δαναοῖσι μαχησόμεθ' αὖθι μένοντες,
Καὶ μάλα τειρόμενοί περ· ἀναγκαίη γὰρ ἐπείγει.
Ἕκτορ ἀτὰρ σὺ πόλινδε μετέρχεο, εἰπὲ δ' ἔπειτα
Μητέρι σῇ καὶ ἐμῇ· ἣ δὲ ξυνάγουσα γεραιὰς,
Νηὸν Ἀθηναίης γλαυκώπιδος ἐν πόλει ἄκρῃ,
Οἴξασα κληῗδι θύρας ἱεροῖο δόμοιο,
Πέπλον ὅς οἱ δοκέει χαριέστατος ἠδὲ μέγιστος
Εἶναι ἐνὶ μεγάροις, καὶ οἱ πολὺ φίλτατος αὐτῇ,
Θεῖναι Ἀθηναίης ἐπὶ γούνασιν ἠϋκόμοιο·
Καί οἱ ὑποσχέσθαι δυοκαίδεκα βοῦς ἐνὶ νηῷ
Ἤνις, ἠκέστας, ἱερευσέμεν, αἴ κ' ἐλεήσῃ
Ἄστύ τε, καὶ Τρώων ἀλόχους καὶ νήπια τέκνα,

Αἴ κεν

ısq; noſtras : neque quem in ventre mater (omnes
ıtem exiſtentem fert, neq; is quidem fugiat: ſed ſimul
cum Ilio pereant inhumati, & prorſus extincti.
c locutus, immutavit fratris mentem heros
ua admonens: hic autem à ſe depulit manu
oem Adreſtum: hunc autem rex Agamemnon
ıeravit ad ile. hic vero reſupinatus eſt. Atrides autem
ce in pectus inſcendens evulſit fraxineam lanceam,
tor autem Argivos hortabatur alte clamans:
O amici heroes Danai famuli Martis,
mo nunc exuviis intentus retro
neat, ut plurima ferens ad naves redeat:
l viros interficiamus: poſtea autem & illas quieti
daveribus per campum detrahetis mortuis.
Sic fatus, concitavit robur & animum uniuſcujusq;.
ıncrurſus Trojani bellicoſis ab Achivis
um aſcendisſent, impotentia ſua domiti,
iſi Aeneæq; & Hectori dixisſet aſtans
iamides Helenus, augurum longe præſtantisſimus:
Aeneaq; & Hector, quoniam labor in vos maxime
rojanorum & Lyciorum incumbit, quia præſtantisſimi
)mnem ad motum eſtis, & ad pugnandum & conſulendum:
tate illic, & populum inhibete ante portas,
Quoquoverſum obeuntes, priuſquam rurſus inter manus uxo-
ugientes cadant, hoſtibus vero riſui fiant. (rum
Sed poſtquam phalanges adhortati fueritis omnes,
Nos quidem adverſus Danaos pugnabimus ibi manentes,
Quamvis valde afflicti: neceſſitas enim urget.
Hector, ſed tu civitatem adi: dic autem deinde
Matri tuæ & meæ: hæc autem congregans matronas,
In templum Minervæ glaucis oculis in arce ſumma,
Aperiens clave valvas ſacræ ædis,
Peplum quod ei videbitur pretioſisſimum & maximum
Eſſe in domo, & ei longe chariſſimum ipſi,
Ponat Minervæ ad genua pulchricomæ:
Et ei voveat ſe duodecim boves in templo,
Anniculos, indomitos ſacrificaturam: ſi miſerata fuerit
Urbemq; & Trojanorum uxores, & infantes liberos.

Αἴκεν Τυδέος υἱὸν ἀπόσχῃ Ἰλίου ἱρῆς,
Ἄγριον αἰχμητὴν, κρατερὸν μήστωρα φόβοιο·
Ὃν δὴ ἐγὼ κάρτιστον Ἀχαιῶν φημὶ γενέσθαι.
Οὐδ' Ἀχιλῆά ποθ' ὧδέ γ' ἐδείδιμεν ὄρχαμον ἀνδρῶν,
Ὅνπερ φασὶ θεᾶς ἐξέμμεναι· ἀλλ' ὅδε λίην
Μαίνεται, οὐδέ τις οἱ δύναται μένος ἰσοφαρίζειν.
Ὣς ἔφαθ'· Ἕκτωρ δ' οὔτι κασιγνήτῳ ἀπίθησεν·
Αὐτίκα δ' ἐξ ὀχέων σὺν τεύχεσιν ἆλτο χαμᾶζε·
Πάλλων δ' ὀξέα δοῦρε, κατὰ στρατὸν ᾤχετο πάντῃ,
Ὀτρύνων μαχέσασθαι· ἔγειρε δὲ φύλοπιν αἰνήν.
Οἱ δ' ἐλελίχθησαν, καὶ ἐναντίοι ἔσταν Ἀχαιῶν.
Ἀργεῖοι δ' ὑπεχώρησαν, λῆξαν δὲ φόνοιο·
Φὰν δέ τιν' ἀθανάτων ἐξ οὐρανοῦ ἀστερόεντος
Τρωσὶν ἀλεξήσοντα κατελθέμεν, ὡς ἐλέλιχθεν.
Ἕκτωρ δὲ Τρώεσσιν ἐκέκλετο, μακρὸν ἀΰσας,
Τρῶες ὑπέρθυμοι, τηλεκλειτοί τ' ἐπίκουροι,
Ἀνέρες ἔστε φίλοι, μνήσασθε δὲ θούριδος ἀλκῆς,
Ὄφρ' ἂν ἐγὼ βείω προτὶ Ἴλιον, ἠδὲ γέρουσιν
Εἴπω βουλευτῇσι καὶ ἡμετέρῃς ἀλόχοισι,
Δαίμοσιν ἀρήσασθαι, ὑποσχέσθαι δ' ἑκατόμβας.
Ὣς ἄρα φωνήσας ἀπέβη κορυθαίολος Ἕκτωρ.
Ἀμφὶ δέ μιν σφυρὰ τύπτε καὶ αὐχένα δέρμα κελαινὸν,
Ἄντυξ ἣ πυμάτη θέεν ἀσπίδος ὀμφαλοέσσης.
Glaucus & Diomedes conveniunt. Γλαῦκος δ' Ἱππολόχοιο πάϊς καὶ Τυδέος υἱὸς
Ἐς μέσον ἀμφοτέρων συνίτην μεμαῶτε μάχεσθαι.
Οἱ δ' ὅτε δὴ σχεδὸν ἦσαν ἐπ' ἀλλήλοισιν ἰόντες,
Τὸν πρότερος προσέειπε βοὴν ἀγαθὸς Διομήδης,
Τίς δὲ σύ ἐσσι φέριστε καταθνητῶν ἀνθρώπων;
Οὐ μὲν γάρ ποτ' ὄπωπα μάχῃ ἔνι κυδιανείρῃ
Τὸ πρίν· ἀτὰρ μὲν νῦν γε πολὺ προβέβηκας ἁπάντων
Σῷ θάρσει, ὅτ' ἐμὸν δολιχόσκιον ἔγχος ἔμεινας.
Δυστήνων δέ τε παῖδες ἐμῷ μένει ἀντιόωσιν.
Εἰ δέ τις ἀθανάτων γε κατ' οὐρανοῦ εἰλήλουθας,
Οὐκ ἂν ἔγωγε θεοῖσιν ἐπουρανίοισι μαχοίμην.
Οὐδὲ γὰρ οὐδὲ Δρύαντος υἱὸς κρατερὸς Λυκόοργος
Δὴν ἦν, ὅς ῥα θεοῖσιν ἐπουρανίοισιν ἔριζεν.
Ὅς ποτε μαινομένοιο Διωνύσοιο τιθήνας
Σεῦε κατ' ἠγάθεον Νυσήϊον· αἱ δ' ἅμα πᾶσαι

Θύσθλα

Si Tydei filium avertat ab Ilio sacro,
Ferocem bellatorem, fortem artificem fugæ,
Quem jam ego fortissimum Achivorum arbitror esse.
Neq; Achillem unquam sic timuimus principem virorum,
Quem ajunt ex dea natum esse: sed hic valde
Furit, neque quisquam ei potest robore æquiparari.
Sic dixit. Hector autem neutiquam fratri inobediens fuit.
Statim autem ex curru cum armis desiliit in terram.
Vibrans autem acuta jacula per exercitū ibat quoquò versum,
Concitans ad pugnandum: suscitavit autem prœlium grave.
Hi autem conversi sunt & adversi steterunt Achivis.
Argivi autem paulum retrocesserunt, & desierunt à cæde.
Existimabant enim aliquem immortalium ex cælo stellato
Trojanis auxiliaturum descendisse: sic conversi sunt.
Hector autem Trojanos hortabatur alte inclamans:
Trojani animosi, & è longinquo vocati socii,
Viri estote amici: memineritis strenue fortitudinis,
Tantisper dum ego ivero ad Ilium & senibus
Dicam consiliariis & nostris uxoribus,
Diis ut supplicent, voveantq; hecatombas.
Sic locutus abiit pulchre galeatus Hector. (grum *scuti*
Circum autem ipsum talos pulsabat, & cervicem corium ni-
Circumferentia, quæ extrema currebat circa scutum umbilica-
Glaucus autem Hippolochi filius & Tydei filius, (tum.
In medium utrorumq; coierunt prompti ad pugnandum.
Hi autem quando tam prope erant, contra invicem euntes,
Hunc prior allocutus est in prœlio fortis Diomedes:
Quisnam tu es fortissime mortalium hominum?
Non enim unquam vidi te in pugna viros illustres reddente
Antea: atqui nunc longe antecessisti cunctos
Tua confidentia: quoniam meam longam hastam expectas.
Infelicium vero filii meo robori occurrunt.
Si autem aliquis immortalium de cælo venisti,
Non ego cum diis cælestibus pugnavero.
Neq; enim neq; Dryantis quidem filius fortis Lycurgus
Diu vixit, qui cum diis cælestibus certabat,
Qui olim furentis Bacchi nutrices
Persequebatur per sacrum Nyseium: illæ autem simul omnes

Θύσθλα χαμαὶ κατέχευαν, ὑπ' ἀνδροφόνοιο Λυκούργου
Θεινόμεναι βουπλῆγι· Διώνυσος δὲ φοβηθεὶς
Δύσεθ' ἁλὸς κατὰ κῦμα· Θέτις δ' ὑπεδέξατο κόλπῳ
Δειδιότα· κρατερὸς γὰρ ἔχε τρόμος ἀνδρὸς ὁμοκλῇ.
Τῷ μὲν ἔπειτ' ὀδύσαντο θεοὶ ῥεῖα ζώοντες,
Καί μιν τυφλὸν ἔθηκε Κρόνου πάϊς· οὐδ' ἄρ' ἔτι δὴν
Ἦν, ἐπεὶ ἀθανάτοισιν ἀπήχθετο πᾶσι θεοῖσιν.
Οὐδ' ἂν ἐγὼ μακάρεσσι θεοῖς ἐθέλοιμι μάχεσθαι.
Εἰ δέ τίς ἐσσι βροτῶν οἳ ἀρούρης καρπὸν ἔδουσιν,
Ἆσσον ἴθ', ὥς κεν θᾶσσον ὀλέθρου πείραθ' ἵκηαι.

Glauci ad Diomedem oratio.

Τὸν δ' αὖθ' Ἱππολόχοιο προσηύδα φαίδιμος υἱός,
Τυδεΐδη μεγάθυμε, τίη γενεὴν ἐρεείνεις;
Οἵη περ φύλλων γενεὴ, τοίη δὲ καὶ ἀνδρῶν.
Φύλλα τὰ μέν τ' ἄνεμος χαμάδις χέει, ἄλλα δέ θ' ὕλη
Τηλεθόωσα φύει, ἔαρος δ' ἐπιγίγνεται ὥρη·
Ὣς ἀνδρῶν γενεὴ, ἣ μὲν φύει, ἣ δ' ἀπολήγει.
Εἰ δ' ἐθέλεις καὶ ταῦτα δαήμεναι, ὄφρ' εὖ εἰδῇς
Ἡμετέρην γενεὴν, (πολλοὶ δέ μιν ἄνδρες ἴσασιν)
Ἔστι πόλις Ἐφύρη μυχῷ Ἄργεος ἱπποβότοιο·
Ἔνθα δὲ Σίσυφος ἔσκεν, ὃ κέρδιστος γένετ' ἀνδρῶν,
Σίσυφος Αἰολίδης· ὃ δ' ἄρα Γλαῦκον τέκεθ' υἱόν.
Αὐτὰρ Γλαῦκος ἔτικτεν ἀμύμονα Βελλεροφόντην·
Τῷ δὲ θεοὶ κάλλος τε καὶ ἠνορέην ἐρατεινὴν
Ὤπασαν· αὐτάρ οἱ Προῖτος κακὰ μήσατο θυμῷ·
Ὅς ῥ' ἐκ δήμου ἔλασσεν, ἐπεὶ πολὺ φέρτερος ἦεν
Ἀργείων· Ζεὺς γάρ οἱ ὑπὸ σκήπτρῳ ἐδάμασσε.
Τῷ δὲ γυνὴ Προίτου ἐπεμήνατο δῖ' Ἄντεια
Κρυπταδίῃ φιλότητι μιγήμεναι· ἀλλὰ τὸν οὔ τι
Πεῖθ' ἀγαθὰ φρονέοντα δαΐφρονα Βελλεροφόντην.
Ἡ δὲ ψευσαμένη Προῖτον βασιλῆα προσηύδα,
Τεθναίης ὦ Προῖτ', ἢ κάκτανε Βελλεροφόντην,
Ὅς μ' ἔθελεν φιλότητι μιγήμεναι οὐκ ἐθελούσῃ.
Ὣς φάτο· τὸν δὲ ἄνακτα χόλος λάβεν, οἷον ἄκουσε·
Κτεῖναι μέν ῥ' ἀλέεινε, (σεβάσσατο γὰρ τό γε θυμῷ)
Πέμπε δέ μιν Λυκίηνδε, πόρεν δ' ὅ γε σήματα λυγρὰ,
Γράψας ἐν πίνακι πτυκτῷ θυμοφθόρα πολλά·
Δεῖξαι δ' ἠνώγει ᾧ πενθερῷ, ὄφρ' ἀπόλοιτο.
Αὐτὰρ ὁ βῆ Λυκίηνδε θεῶν ὑπ' ἀμύμονι πομπῇ·

Ἀλλ'

Thyrſos in terram projecerunt, ab homicida Lycurgo
Verberatæ ſtimulo: Bacchus autem territus,
Subiit maris undam. Thetis autem excepit ſinu
Timentem. vehemens enim tenebat tremor ob viri comminationem.
Huic quidem poſtea irati ſunt dii facile viventes:
Et ipſum cæcum fecit Saturni filius, neque amplius diu
Vixit: quoniam immortalibus inviſus erat omnibus diis:
Neque ego cum beatis diis velim pugnare.
Si autem aliquis es mortalium, qui terræ fructum comedunt,
Propius accede, ut ocius mortis ad metas pervenias.
Hunc autem rurſus Hippolochi allocutus eſt illuſtris filius:
Tydide magnanime, cur genus percontaris?
Quale foliorum genus, tale & virorum.
Folia alia quidem ventus humi fundit: alia autem ſylva
Germinans producit: veris autem ſuccreſcunt tempore:
Sic virorum genus: hoc quidem naſcitur, illud autem deſinit.
Si autem vis & hæc diſcere, ut bene cognoſcas
Noſtram ſtirpem; multi autem ipſam viri ſciunt:
Eſt civitas Ephyra in receſſu Argi equis apti.
Hic autem Siſyphus fuit, qui prudentiſſimus extitit virorum,
Siſyphus Aeolides: hic vero Glaucum generavit filium.
Verum Glaucus genuit inculpatum Bellerophontem.
Huic autem dii pulchritudinem & virilitatem amabilem
Præbuerunt. ſed ei Prœtus mala molitus eſt animo;
Qui eum ex civitate expulit, quia multo præſtantior erat
Argivis. Jupiter enim ejus ſub ſceptro ſubegit.
Cum hoc autem uxor Prœti furioſe cupivit nobilis Antia
Occulto concubitu miſceri: ſed huic neutiquam
Perſuaſit proba ſapienti, prudenti Bellerophontæ.
Illa autem mentita Prœtum regem allocuta eſt:
Morieris ô Prœte, alioqui interfice Bellerophontem,
Qui mecum voluit concubitu miſceri non volente.
Sic dixit: hunc autem regem ira occupavit, ut audivit.
Interficere quidem vitabat: verebatur enim id animo:
Miſit autem ipſum in Lyciam: præbuit autem hic literas pernicioſas
Scribens in tabella plicata exitialia multa.
Oſtendere autem eas juſſerat ſuo ſocero, quo periret.
Sed hic ivit in Lyciam deorum ſub fauſto comitatu.

Ἀλλ' ὅτε δὴ Λυκίην ἷξε, Ξάνθον τε ῥέοντα,
Προφρονέως μιν τῖεν ἄναξ Λυκίης εὐρείης.
Ἐννῆμαρ ξείνισσε, καὶ ἐννέα βοῦς ἱέρευσεν.
Ἀλλ' ὅτε δὴ δεκάτη ἐφάνη ῥοδοδάκτυλος ἠώς,
Καὶ τότε μιν ἐρέεινε, καὶ ᾔτεε σῆμα ἰδέσθαι,
Ὅ, ττι ῥά οἱ γαμβροῖο πάρα Προίτοιο φέροιτο.
Αὐτὰρ ἐπειδὴ σῆμα κακὸν παρεδέξατο γαμβροῦ,
Πρῶτον μέν ῥα Χίμαιραν ἀμαιμακέτην ἐκέλευσε
Πεφνέμεν· ἡ δ' ἄρ' ἔην θεῖον γένος, οὐδ' ἀνθρώπων,
Πρόσθε λέων, ὄπιθεν δὲ δράκων, μέσση δὲ, χίμαιρα,
Δεινὸν ἀποπνείουσα πυρὸς μένος αἰθομένοιο.
Καὶ τὴν μὲν κατέπεφνε, θεῶν τεράεσσι πιθήσας.
Δεύτερον αὖ, Σολύμοισι μαχέσσατο κυδαλίμοισι.
Καρτίστην δὴ τήν γε μάχην φάτο δύμεναι ἀνδρῶν.
Τὸ τρίτον αὖ, κατέπεφνεν Ἀμαζόνας ἀντιανείρας.
Τῷ δ' ἄρ' ἀνερχομένῳ πυκινὸν δόλον ἄλλον ὕφαινε·
Κρίνας ἐκ Λυκίης εὐρείης φῶτας ἀρίστους,
Εἷσε λόχον· τοὶ δ' οὔτι πάλιν οἰκόνδε νέοντο·
Πάντας γὰρ κατέπεφνεν ἀμύμων Βελλεροφόντης.
Ἀλλ' ὅτε δὴ γίγνωσκε θεοῦ γόνον ἠῢν ἐόντα,
Αὐτοῦ μιν κατέρυκε, δίδου δ' ὅγε θυγατέρα ἥν.
Δῶκε δέ οἱ τιμῆς βασιληΐδος ἥμισυ πάσης.
Καὶ μέν οἱ Λύκιοι τέμενος τάμον ἔξοχον ἄλλων,
Καλὸν φυταλιῆς καὶ ἀρούρης, ὄφρα νέμοιτο.
Ἡ δ' ἔτεκε τρία τέκνα δαΐφρονι Βελλεροφόντῃ,
Ἴσανδρόν τε καὶ Ἱππόλοχον καὶ Λαοδάμειαν.
Λαοδαμείῃ μὲν παρελέξατο μητίετα Ζεύς.
Ἡ δ' ἔτεκ' ἀντίθεον Σαρπηδόνα χαλκοκορυστήν.
Ἀλλ' ὅτε δὴ καὶ κεῖνος ἀπήχθετο πᾶσι θεοῖσιν,
Ἤτοι ὁ κὰπ πεδίον τὸ Ἀλήϊον οἶος ἀλᾶτο,
Ὃν θυμὸν κατέδων, πάτον ἀνθρώπων ἀλεείνων.
Ἴσανδρον δέ οἱ υἱὸν Ἄρης ἆτος πολέμοιο
Μαρνάμενον Σολύμοισι κατέκτανε κυδαλίμοισι.
Τὴν δὲ χολωσαμένη χρυσήνιος Ἄρτεμις ἔκτα.
Ἱππόλοχος δέ μ' ἔτικτε, καὶ ἐκ τοῦ φημι γενέσθαι·
Πέμπε δέ μ' ἐς Τροίην, καί μοι μάλα πόλλ' ἐπέτελλεν,
Αἰὲν ἀριστεύειν, καὶ ὑπείροχον ἔμμεναι ἄλλων,
Μηδὲ γένος πατέρων αἰσχυνέμεν, οἳ μέγ' ἄριστοι

Ἐν

Sed quando jam in Lyciam venit, Xanthumq; fluentem,
Prompte ipsum honoravit rex Lyciæ spatiosæ:
Per-novem-dies hospitatus est,& novem boves sacrificavit.
Sed quando jam decima apparuit roseis digitis aurora,
Et tunc ipsum interrogavit, & petiit literas videre,
Quascunq; ipsi à genero Prœto ferret.
At postquam literas exitiales accepit generi,
Primum quidem Chimæram inexpugnabilem jussit
Interficere: hæc autem erat divinum genus,non hominum:
Ante leo,post autem draco, media autem capra,
Ingentem spirans ignis vim ardentis:
Et hanc quidem interfecit, deorum prodigiis confisus,
Secundo iterum cum Solymis pugnavit inclytis.
Fortissimam certe hanc pugnam dicebat se iniisse virorum.
Tertio rursus,interfecit Amazonas viragines,
Huic vero redeunti astutum dolum alium struebat:
Delectis ex Lycia lata viris fortissimis
Collocavit insidias: hi vero non rursus domum redierunt:
Omnes enim interfecit eximius Bellerophontes.
Sed quando jam cognovit dei subolem præclaram esse,
Illic ipsum detinuit. dedit autem is filiam suam:
Dedit etiam honoris regii dimidium totius.
Et quidem ei Lycii prædium assignarunt præstans aliis,
Egregium soli arboribus consiti & arvorum, ut coleret,
Hæc autem peperit tres filios bellicoso Bellerophonti,
Isandrumq; & Hippolochum, & Laodamiam.
Laodamiæ quidem concubuit sapiens Jupiter.
Hæc autem peperit divinum Sarpedona ære armatum.
Sed quando jam & ille exosus fuit omnibus diis,
Hic per campum Aleium *v. desertum* solus errabat,
Suum animum consumens, consortium hominum fugiens.
Isandrum vero ei filium Mars insatiabilis belli,
Pugnantem adversus Solymos interfecit inclytos.
Hanc autem irata aureas habenas tractans Diana occîdit.
Hippolochus autem me genuit, & ex hoc dico me natum esse.
Misit autem me ad Trojam, & mihi valde multum mandavit
Ut semper bene-me-gererem & præstantior essem aliis,
Neque genus patrum dedecorarem, qui longe optimi

Inq;

Ἔν τ' Ἐφύρῃ ἐγένοντο καὶ ἐν Λυκίῃ εὐρείῃ·
Ταύτης τοι γενεῆς τε καὶ αἵματος εὔχομαι εἶναι.
Ὣς φάτο, γήθησεν δὲ βοὴν ἀγαθὸς Διομήδης.
Diomedes Glaucũ agnoſcit.
Ἔγχος μὲν κατέπηξεν ἐπὶ χθονὶ πουλυβοτείρῃ,
Αὐτὰρ ὁ μειλιχίοισι προσηύδα ποιμένα λαῶν,
Ἦ ῥά νύ μοι ξεῖνος πατρώϊός ἐσσι παλαιός·
Οἰνεὺς γάρ ποτε δῖος ἀμύμονα Βελλεροφόντην
Ξείνισ' ἐνὶ μεγάροισιν, ἐείκοσιν ἤματ' ἐρύξας.
Οἱ δὲ καὶ ἀλλήλοισι πόρον ξεινήϊα καλά·
Οἰνεὺς μὲν ζωστῆρα δίδου φοίνικι φαεινόν,
Βελλεροφόντης δὲ χρύσεον δέπας ἀμφικύπελλον·
Καί μιν ἐγὼ κατέλειπον ἰὼν ἐν δώμασ' ἐμοῖσι.
Τυδέα δ' οὐ μέμνημαι· ἐπεί μ' ἔτι τυτθὸν ἐόντα
Κάλλιφ', ὅτ' ἐν Θήβῃσιν ἀπώλετο λαὸς Ἀχαιῶν.
Τῷ νῦν σοὶ μὲν ἐγὼ ξεῖνος φίλος Ἄργεϊ μέσσῳ
Εἰμί, σὺ δ' ἐν Λυκίῃ, ὅτε κεν τῶν δῆμον ἵκωμαι.
Ἔγχεσι δ' ἀλλήλων ἀλεώμεθα καὶ δι' ὁμίλου·
Πολλοὶ μὲν γὰρ ἐμοὶ Τρῶες κλειτοί τ' ἐπίκουροι,
Κτείνειν ὅν κε θεός γε πόρῃ καὶ ποσσὶ κιχείω·
Diomedes & Glauc9 arma permutant.
Πολλοὶ δ' αὖ σοὶ Ἀχαιοὶ ἐναιρέμεν ὅν κε δύνηαι.
Τεύχεα δ' ἀλλήλοις ἐπαμείψομεν, ὄφρα καὶ οἵδε
Γνῶσιν ὅτι ξεῖνοι πατρώϊοι εὐχόμεθ' εἶναι.
Ὣς ἄρα φωνήσαντε, καθ' ἵππων ἀΐξαντε,
Χεῖράς τ' ἀλλήλων λαβέτην, καὶ πιστώσαντο.
Ἔνθ' αὖτε Γλαύκῳ Κρονίδης φρένας ἐξέλετο Ζεύς,
Ὃς πρὸς Τυδεΐδην Διομήδεα τεύχε' ἄμειβε,
Χρύσεα χαλκείων, ἑκατόμβοι' ἐννεαβοίων.
Ἕκτωρ δ' ὡς Σκαιάς τε πύλας καὶ φηγὸν ἵκανεν,
Hector in urbem venit.
Ἀμφ' ἄρα μιν Τρώων ἄλοχοι θέον ἠδὲ θύγατρες,
Εἰρόμεναι παῖδάς τε, κασιγνήτους τε, ἔτας τε,
Καὶ πόσιας· ὁ δ' ἔπειτα θεοῖς εὔχεσθαι ἀνώγει
Πάσας ἑξείης· πολλῇσι δὲ κήδε' ἐφῆπτο.
Ἀλλ' ὅτε δὴ Πριάμοιο δόμον περικαλλέ' ἵκανε,
Ξεστῇς αἰθούσῃσι τετυγμένον, αὐτὰρ ἐν αὐτῷ
Πεντήκοντ' ἔνεσαν θάλαμοι ξεστοῖο λίθοιο,
Πλησίοι ἀλλήλων δεδμημένοι· ἔνθα δὲ παῖδες
Κοιμῶντο Πριάμοιο παρὰ μνηστῇς ἀλόχοισι·
Κουράων δ' ἑτέρωθεν ἐναντίοι ἔνδοθεν αὐλῆς

Δώδεκ'

Inq; Ephyra extiterunt, & in Lycia lata.
Ex hoc genere & sanguine glorior esse.
Sic dixit: lætatus est autem in bello fortis Diomedes,
Hastam quidem defixit in terram multipascuam.
Sed ipse blandis allocutus est pastorem populorum:
Certe mihi hospes paternus es antiquus:
Oeneus enim olim nobilis eximium Bellerophontem
Hospitatus est in ædibus, viginti dies detinens:
Hi vero etiam sibi mutuo dabant xenia pulchra.
Oeneus quidem balteum dedit purpura lucidum:
Bellerophontes autem aureum poculum utrinq; cavum.
Et illud ego reliqui, proficiscens, in ædibus meis. (existentem
De Tydeo autem non memini, quoniam me adhuc parvulum
Reliquit, quando ad Thebas periit exercitus Achivorum.
Quare nunc tibi quidem ego hospes amicus in Peloponneso
Sum: tu autem in Lycia, quando eam ad gentem venero. (media
Hastas autem mutuas evitemus, etiam in turba:
Multi quidem mihi Trojani inclytiq; socii sunt, (tus fuero,
Quos occidam, quemcunq; deus præbuerit & pedibus assequu-
Multi autem rursus tibi Achivi quos interficias, quemcunq; po-
rma autem inter nos permutemus, ut & hi (teris:
ognoscant, quod hospites paterni gloriamur esse.
Sic utiq; loquuti, ab equis descendentes,
anusq; mutuo prehenderunt, & fidē dederunt acceperuntq;
ım vero Glauco Saturnides mentem ademit Jupiter,
ıi cum Tydide Diomede arma permutavit, (tibus,
rea æneis, 100 bobus (*nummis*) valentia 9. bobus valen-
Hector autem postquam Scæasq; portas & fagum pervenit,
ca ipsum Trojanorum uxores currebant & filiæ,
contantes de filiisq;, fratribusq;, civibusq;
naritis: hic vero deinde diis supplicare jussit
nes ordine: multis autem luctus imminebant.
quando jam Priami ad domum perpulchram pervenit,
is porticibus extructam: ceterum in ea
ıquaginta inerant thalami ex polito lapide,
imi inter se ædificati: ibi autem filii
ıbant Priami apud legitimas uxores.
um autem è regione oppositi intra atrium

Duo-

Δώδεκ' ἔσαν τέγεοι θάλαμοι ξεστοῖο λίθοιο,
Πλησίοι ἀλλήλων δεδμημένοι. ἔνθα δὲ γαμβροὶ
Κοιμῶντο Πριάμοιο παρ' αἰδοίῃς ἀλόχοισιν.
Ἔνθά οἱ ἠπιόδωρος ἐναντίη ἤλυθε μήτηρ,
Λαοδίκην ἐσάγουσα, θυγατρῶν εἶδος ἀρίστην.
Ἔν τ' ἄρα οἱ φῦ χειρὶ, ἔπος τ' ἔφατ', ἔκ τ' ὀνόμαζε,
Τέκνον, τίπτε λιπὼν πόλεμον θρασὺν εἰλήλουθας;
Ἦ μάλα δὴ τείρουσι δυσώνυμοι υἷες Ἀχαιῶν,
Μαρνάμενοι περὶ ἄστυ. σὲ δ' ἐνθάδε θυμὸς ἀνῆκεν
Ἐλθόντ' ἐξ ἄκρης πόλιος Διῒ χεῖρας ἀνασχεῖν;
Ἀλλὰ μέν' ὄφρα κέ τοι μελιηδέα οἶνον ἐνείκω,
Ὡς σπείσῃς Διῒ πατρὶ καὶ ἄλλοις ἀθανάτοισι
Πρῶτον, ἔπειτα δὲ κ' αὐτὸς ὀνήσεαι, αἴ κε πίῃσθα.
Ἀνδρὶ δὲ κεκμηῶτι μένος μέγα οἶνος ἀέξει,
Ὡς τύνη κέκμηκας ἀμύνων σοῖσιν ἔτῃσι.

Hectoris cum matre colloquium.

Τὴν δ' ἠμείβετ' ἔπειτα μέγας κορυθαίολος Ἕκτωρ,
Μή μοι οἶνον ἄειρε μελίφρονα, πότνια μῆτερ,
Μή μ' ἀπογυιώσῃς, μένεος δ' ἀλκῆς τε λάθωμαι.
Χερσὶ δ' ἀνίπτοισι Διῒ λείβειν αἴθοπα οἶνον
Ἅζομαι. οὐδέ πῃ ἐστὶ κελαινεφέϊ Κρονίωνι
Αἵματι καὶ λύθρῳ πεπαλαγμένον εὐχετάασθαι.
Ἀλλὰ σὺ μὲν πρὸς νηὸν Ἀθηναίης ἀγελείης
Ἔρχεο σὺν θυέεσσιν, ἀολλίσσασα γεραιάς.
Πέπλον δ' ὅστις τοι χαριέστατος ἠδὲ μέγιστος
Ἐστὶν ἐνὶ μεγάρῳ, καί τοι πολὺ φίλτατος αὐτῇ,
Τὸν θὲς Ἀθηναίης ἐπὶ γούνασιν ἠϋκόμοιο,
Καί οἱ ὑποσχέσθαι δυοκαίδεκα βοῦς ἐνὶ νηῷ,
Ἤνις, ἠκέστας ἱερευσέμεν, αἴ κ' ἐλεήσῃ
Ἄστυ τε καὶ Τρώων ἀλόχους καὶ νήπια τέκνα,
Αἴ κεν Τυδέος υἱὸν ἀπόσχῃ Ἰλίου ἱρῆς,
Ἄγριον αἰχμητὴν, κρατερὸν μήστωρα φόβοιο.
Ἀλλὰ σὺ μὲν πρὸς νηὸν Ἀθηναίης ἀγελείης
Ἔρχευ. ἐγὼ δὲ Πάριν μετελεύσομαι, ὄφρα καλέσσω,
Αἴ κ' ἐθέλῃσ' εἰπόντος ἀκουέμεν. ὥς κέν οἱ αὖθι
Γαῖα χάνοι. μέγα γάρ μιν Ὀλύμπιος ἔτρεφε πῆμα
Τρωσί τε, καὶ Πριάμῳ μεγαλήτορι, τοῖό τε παισίν.
Εἰ κεῖνόν γε ἴδοιμι κατελθόντ' Ἄϊδος εἴσω,
Φαίην κεν φρέν' ἀτέρπου ὀϊζύος ἐκλελαθέσθαι.

Ὡς

Duodecim erant excelsi thalami expolito lapide,
Proximi inter sese ædificati: illic autem generi
Cubabant Priami apud pudicas uxores.
Ibi ei mitis obvia venit mater,
Laodicen deducens (*v. invisens*) filiarum forma optimam,
Inq; ipsius hæsit manu, verbumq; dixit & elocuta est:
Fili, cur relicto prœlio audaci venisti?
Num valde jam affligunt detestandi filii Achivorum,
Pugnantes circa urbem: te autem huc animus induxit,
Ut veniens ex summa arce Jovi manus tenderes?
Sed expecta paulisper, dum tibi dulce vinum afferam,
Ut libes Jovi patri, & ceteris immortalibus
Primum: deinde ipse quoque reficiaris, si biberis.
Viro enim defatigato robur valde vinum auget,
Sicut tu defatigatus es opem ferens tuis civibus.
Hanc excepit verbis magnus galeæ motor Hector:
Ne mihi vinum afferas mellitum, veneranda mater,
Ne me debilites, roboris vero viriumque obliviscar.
Manibus autem illotis Jovi libare ardens vinum
Vereor, neq; ullo modo fas est nubes atras cogenti Saturnio
anguine & pulvere pollutum vota facere.
ed tu quidem ad templum Minervæ prædatricis
'ade cum suffimentis congregatis matronis.
eplum autem quod tibi pretiosissimum & maximum
st in domo, & tibi multo charissimum ipsi,
oc pone Minervæ ad genua pulchricomæ
: ei promitte duodecim boves in templo
nniculos indomitos te sacrificaturam, si miserata fuerit
vitatemq; & Trojanorum uxores, & infantes liberos:
Tydei filium arceat ab Ilio sacro
rocem bellatorem, acrem magistrum fugæ.
d tu quidem ad templum Minervæ prædatricis
de: ego autem Paridem adibo, ut vocem,
elit monentem audire: utinam illi
rra dehiscat: magnum enim ipsum Olympius nutrivit no-
ojanisq;, Priamo magnanimo, ejusq; filiis. (cumentum
llum viderem descendentem infernum intra,
timarem animum tristi ærumna levatum esse.

Ὣς ἔφαθ'· ἣ δὲ μολοῦσα ποτὶ μέγαρ' ἀμφιπόλοισι
Matronæ Troj. convocantur. Κέκλετο· ταὶ δ' ἄρ' ἀόλλισαν κατὰ ἄστυ γεραιάς.
Αὐτὴ δ' ἐς θάλαμον κατεβήσετο κηώεντα,
Ἔνθ' ἔσαν οἱ πέπλοι παμποίκιλοι, ἔργα γυναικῶν
Σιδονίων, τὰς αὐτὸς Ἀλέξανδρος θεοειδὴς
Ἤγαγε Σιδονίηθεν, ἐπιπλὼς εὐρέα πόντον,
Τὴν ὁδὸν ἣν Ἑλένην περ ἀνήγαγεν εὐπατέρειαν·
Τῶν ἕν' ἀειραμένη Ἑκάβη φέρε δῶρον Ἀθήνῃ,
Ὃς κάλλιστος ἔην ποικίλμασιν, ἠδὲ μέγιστος·
Ἀστὴρ δ' ὣς ἀπέλαμπεν· ἔκειτο δὲ νείατος ἄλλων·
Βῆ δ' ἰέναι, πολλαὶ δὲ μετεσσεύοντο γεραιαί.
Αἱ δ' ὅτε νηὸν ἵκανον Ἀθήνης ἐν πόλει ἄκρῃ,
Τῇσι θύρας ὤϊξε Θεανὼ καλλιπάρῃος,
Κισσηῒς, ἄλοχος Ἀντήνορος ἱπποδάμοιο·
(Τὴν γὰρ Τρῶες ἔθηκαν Ἀθηναίης ἱέρειαν)
Αἱ δ' ὀλολυγῇ πᾶσαι Ἀθήνῃ χεῖρας ἀνέσχον.
Ἡ δ' ἄρα πέπλον ἑλοῦσα Θεανὼ καλλιπάρῃος
Θῆκεν Ἀθηναίης ἐπὶ γούνασιν ἠϋκόμοιο·
Supplicant Minervæ. Εὐχομένη δ' ἠρᾶτο Διὸς κούρῃ μεγάλοιο,
Πότνι' Ἀθηναίη, ἐρυσίπτολι, δῖα θεάων,
Ἆξον δὴ ἔγχος Διομήδεος, ἠδὲ καὶ αὐτὸν
Πρηνέα δὸς πεσέειν Σκαιῶν προπάροιθε πυλάων·
Ὄφρα τοι αὐτίκα νῦν δυοκαίδεκα βοῦς ἐνὶ νηῷ
Ἤνις, ἠκέστας ἱερεύσομεν, αἴ κ' ἐλεήσῃς
Ἄστυ τε, καὶ Τρώων ἀλόχους καὶ νήπια τέκνα.
Ὣς ἔφατ' εὐχομένη· ἀνένευε δὲ Παλλὰς Ἀθήνη.
Ὣς αἱ μέν ῥ' εὔχοντο Διὸς κούρῃ μεγάλοιο·
Ἕκτωρ δὲ πρὸς δώματ' Ἀλεξάνδροιο βεβήκει
Hector it in domũ Paridis. Καλά, τά ῥ' αὐτὸς ἔτευξε σὺν ἀνδράσιν οἳ τότ' ἄριστοι
Ἦσαν ἐνὶ Τροίῃ ἐριβώλακι τέκτονες ἄνδρες,
Οἵ οἱ ἐποίησαν θάλαμον καὶ δῶμα καὶ αὐλὴν
Ἐγγύθι τε Πριάμοιο καὶ Ἕκτορος, ἐν πόλει ἄκρῃ.
Ἔνθ' Ἕκτωρ εἰσῆλθε Διῒ φίλος· ἐν δ' ἄρα χειρὶ
Ἔγχος ἔχεν ἑνδεκάπηχυ· πάροιθε δὲ λάμπετο δουρὸς
Αἰχμὴ χαλκείη, περὶ δὲ χρύσεος θέε πόρκης.
Τὸν δ' εὗρ' ἐν θαλάμῳ περικαλλέα τεύχε' ἕποντα,
Ἀσπίδα καὶ θώρηκα, καὶ ἀγκύλα τόξ' ἁφόωντα.
Ἀργείη δ' Ἑλένη μετ' ἄρα δμῳῇσι γυναιξὶν

Ἧστ,

Sic dixit. hæc autem profecta ad ædes, ancillis
Jussit. hæ autem congregarunt per civitatem matronas.
Ipsa autem in thalamum descendit odoribus fragantem,
Ubi erant pepli varie picti, opera mulierum
Sidoniarum, quas ipse Alexander divinus
Abduxerat è Sidonia enavigans latum pontum,
Ea via, qua Helenam abduxit nobilem.
Horum unum accipiens Hecuba tulit dono Minervæ,
Qui pulcherrimus erat variegationibus, & maximus:
Velut stella resplendebat: jacebat autem ultimus aliorum.
Perrexit autem ire: multæ autem una properabant matronæ.
Hæ autem quando in templum venerunt Minervæ in arce sum-
Eis fores aperuit Theano pulchras genas habens (ma,
Cissei filia, uxor Antenoris bellicosi.
(Illam enim Trojani fecerant Minervæ sacerdotem)
Hæ autem cum ejulatu omnes Minervæ manus sustulerunt.
Hæc autem peplum accipiens Theano formosa
Posuit Minervæ ad genua pulchricomæ,
Vovensq; precabatur Jovis filiam magni:
Veneranda Minerva, custos urbis, nobilissima dearum,
Frange jam hastam Diomedis atq; ipsum
Pronum da cadere Scæas ante portas,
Ut tibi statim nunc duodecim boves in templo
Anniculos indomitos sacrificemus, si miserata fueris
Civitatemq; & Trojanorum uxores, & infantes liberos.
Sic dixit vovens. abnuit autem Pallas Minerva.
Ita illæ quidem supplicabant Jovis filiæ magni.
Hector autem ad ædes Alexandri ivit
Pulchras, quas ipse ædificarat cum viris, qui tunc optimi
Erant in Troja glebosa fabri viri:
Qui ei fecerunt thalamum, & domum & aulam,
Prope ædes Priami & Hectoris in arce summa,
Illuc Hector intravit Jovi dilectus, & in manu
Hastam gerebat decem cubitorum: ante autem splendebat ha-
Cuspis ærea: circum autem aureus ambibat annulus, (stæ
Hunc autem invenit in thalamo pulchra arma curantem
Scutum & thoracem, & curvos arcus tractantem:
Argiva autem Helena inter ancillas mulieres

Ἧστο, καὶ ἀμφιπόλοισι περικλυτὰ ἔργα κέλευε.
Τὸν δ' Ἕκτωρ νείκεσσεν ἰδὼν αἰσχροῖς ἐπέεσσι·
Δαιμόνι', οὐ μὲν καλὰ χόλον τόνδ' ἔνθεο θυμῷ.
Λαοὶ μὲν φθινύθουσι περὶ πτόλιν αἰπύ τε τεῖχος
Μαρνάμενοι· σέο δ' εἵνεκ' ἀϋτή τε πτόλεμός τε
Ἄστυ τόδ' ἀμφιδέδηε· σὺ δ' ἂν μαχέσαιο καὶ ἄλλῳ,
Εἴ τινά που μεθιέντα ἴδοις στυγεροῦ πολέμοιο.
Ἀλλ' ἄνα, μὴ τάχα ἄστυ πυρὸς δηΐοιο θέρηται.
Τὸν δ' αὖτε προσέειπεν Ἀλέξανδρος θεοειδής,
Ἕκτορ, ἐπεί με κατ' αἶσαν ἐνείκεσας, οὐδ' ὑπὲρ αἶσαν,
Τοὔνεκά τοι ἐρέω· σὺ δὲ σύνθεο, καί μευ ἄκουσον.
Οὔτοι ἐγὼ Τρώων τόσσον χόλῳ οὐδὲ νεμέσσει
